

scripto, siue ex religiosa consuetudine ac voto, stata erant, atque legitima tempora, in quibus præcipuè quædam solemnitates celebrabantur majori quâdam religione, sic etiam in suâ novâ atque fucatâ religione, Jeroboamus certos voluit atque solemnès dies majori quâdam esse celebritate venerandos, in quibus octavi mensis decimam quintam constituit diem. Non video quodnam festum Hebræorum in octavi mensis decimam quintam diem incurrat, ut eo die ad Hebræorum similitudinem in suâ hæresi Jeroboamus aliquam solemniorè celebritatem institui voluerit. Video tamen in Hebræorum calendario quosdam esse dies, in quibus dedicationes celebrabantur tabernaculi Moysis, templi Salomonis, et purgati et renovati templi à Machabæis, quæ dicuntur *encenia*; atque ideò suspicor constituisse Jeroboamum ad decimum quintum diem mensis octavi dedicare aureos vitulos, et illorum altaria, ita ut quotannis dies ille rediret festivus et sacer: aut fortassè aliud festum instituit, quale obiri solet in Jerusalem, ut Azymorum, Tabernaculorum, Pentecostes. Ut libet, accipe.

ET ASCENDENS ALTARE SIMILITER FECIT IN BETHEL, UT IMMOLARET VITULIS, QUOS FABRICATUS FUERAT.

ET SACERDOTES DE EXTREMIS POPULI; q. d.: Non ex tribu Levi, ut statuerat Deus, sed ex quilibet aliâ vilissimos homines constituit sacerdotes suorum vitulorum et idolorum. Ita profanantes religionem, profanant cætera omnia. Sed id decebat vilissimos vitulos, ut vilissimos haberent sacerdotes. Fuit ergo hoc justum Dei iudicium. Sic et hæretici hoc ævo ministros suæ hæresis insipientes constituerunt cerdones, sutores, apostatas, et quisquillas hominum. Dignum tali patellâ operculum. Sanè Aristot., ex mero lumine naturæ et philosophiæ l. 7 Politic., c. 9, præcipit, ut homines viles non constituantur sacerdotes, propter honorem qui religioni et majestati divinæ debetur.

Vide ergo unum eumdemque utrobique spiritum diaboli, qui quia contemptor sacrorum, ea omnia ad vilitatem traducit, ut irrideat et omnibus irridenda proponat, utque eos sensim deducat ad atheismum, ut nihil credant, negentque animæ immortalitatem, gehennam et omne numen, uti hoc ævo multos hæreticos fieri videmus atheos, ut sapienter advertit et annotavit Card. Hosius.

Audi Tertull. lib. de Præscript. adversus hæreticos, c. 41: « Ordinationes eorum temerariæ, leves, inconstantes: nunc neophytos collocant, nunc seculo obstrictos, nunc apostatas nostros, ut gloriâ eos obligent, quia veritate non possunt. Nusquam facilius proficitur, quam in castris rebellium, ubi ipsum esse illic, promereri est. Itaque alius hodiè episcopus, cras alius; hodiè diaconus, qui cras lector; hodiè presbyter, qui cras laicus: nam et laici sacerdotalia munera injungunt. » (Corn. à Lap.)

THEL, UT IMMOLARET VITULIS, QUOS FABRICATUS FUERAT. Licet prius aureos conflaret vitulos Jeroboamus, non tamen illis videtur primùm altaria construxisse, sed aliis idolis, quæ in lucis, et excelsis collocarat. Ibi sacerdotes quoque designati fuerant ex populi sæce, qui sanè videntur fuisse non pauci, quando ex illo numero selegit aliquos, qui sacris præessent in Bethel, augustissimo omnium atque notissimo sacrario, pro vitulorum religioso cultu constitutis. Id enim, ut opinor, valet illud, quod additur proximè: *Constituitque in Bethel sacerdotes excelsorum quæ fecerat.*

VERS. 33. — ET ASCENDIT SUPER ALTARE, QUOD EXTRUXERAT IN BETHEL (1). Cùm novis illis sacris conciliare vellet auctoritatem Jeroboamus, ipse voluit esse illorum sacrificiorum antistes, ut regium nomen cum sacerdotali sociaret. Illum autem decimum quintum diem de corde suo finxisse dicitur, quia neque lex erat ulla, quæ diem illum aut aliquâ religione sanctum ostenderet, aut aliquâ superiorum temporum memoriâ consignaret. Sed suo arbitrato diem illum ex omnibus elegit, in quo impiæ aræ victimarum sanguine redundarent, et vitulorum nomen cum symphoniâ et plausu clariùs resonaret.

Licet ad extremum addere ex lib. 2 Paralip. cap. 11, quod ad hanc historiam pertinet, de vitulorum sacris et novâ religione in Israeliticam gentem introductâ; quam licet amplexati fuerint plurimi, fuerunt tamen non pauci qui illam detestati sunt. De sacerdotibus et penè toto ordine Levitico diximus paulò ante ex hoc ipso cap. 11, v. 15; de aliis agitur v. 16, qui eo numero relictis suis possessionibus amore patriæ religionis ad Roboamum sese applicuerunt, ut maximoperè auxerint illius vires: *Sed et de cunctis tribubus Israel, quicumque dederant cor suum, ut quærerent Dominum Deum Israel, venerunt in Jerusalem ad immolandum victimas suas coram Domino Deo patrum suorum, et roboraverunt regnum Juda et confirmaverunt Roboam.* Sed non diu perstiterunt in

(1) ET ASCENDIT SUPER ALTARE UT ADOLERET INCENSUM. Vide hinc Jeroboam ex uno peccato schismatis, labatur in profundum scelerum. Arrogat enim hic sibi non tantùm regnum, sed et pontificatum, seseque facit pontificem et caput Ecclesiæ. Nam ut pontifex, adolet incensum, festa instituit, sacerdotes consecrat, fana ædificat. Ita Josephus. Quare in Jeroboam rectè torqueas illud Senesii episcopi epist. 101 ad Pylæmenem: « *Aliâ ratione in foro verè ditescere non licet, nisi cuncta et divina et humana jura confundas, et pro ingenio veterator evadas.* » (Corn. à Lap.)

suscepto consilio, ac fide: nam tertio anno postquàm ad sacra paterna rediissent, ipsi quoque à Davidis viâ et avitâ religione defecerunt, ut clariùs constat capite sequenti, ubi

CAPUT XIII.

1. Et ecce vir Dei venit de Juda in sermone Domini in Bethel, Jeroboam stante super altare et thus jaciente;

2. Et exclamavit contra altare in sermone Domini, et ait: Altare, altare, hæc dicit Dominus: Ecce filius nascetur domui David, Josias nomine, et immolabit super te sacerdotes excelsorum, qui nunc in te thura succendunt, et ossa hominum super te incendet.

3. Deditque in illâ die signum, dicens: Hoc erit signum quòd locutus est Dominus: Ecce altare scindetur, et effundetur cinis qui in eo est.

4. Cùmque audisset rex sermonem hominis Dei, quem inclamaverat contra altare in Bethel, extendit manum suam de altari, dicens: Apprehendite eum. Et exaruit manus ejus quam extenderat contra eum; nec valuit retrahere eam ad se.

5. Altare quoque scissum est, et effusus est cinis de altari, juxta signum quòd prædixerat vir Dei in sermone Domini.

6. Et ait rex ad virum Dei: Deprecare faciem Domini Dei tui, et ora pro me ut restituatur manus mea mihi. Oravitque vir Dei faciem Domini, et reversa est manus regis ad eum, et facta est sicut prius fuerat.

7. Locutus est autem rex ad virum Dei: Veni mecum domum ut prandeas, et dabo tibi munera.

8. Responditque vir Dei ad regem: Si dederis mihi mediam partem domus tuæ, non veniam tecum, nec comedam panem, neque bibam aquam in loco isto;

9. Sic enim mandatum est mihi in sermone Domini præcipientis: Non comedes panem, neque bibes aquam, nec revertaris per viam quâ venisti.

10. Abiit ergo per aliam viam, et non est reversus per iter quo venerat in Bethel.

11. Prophetes autem quidam senex habitabat in Bethel; ad quem venerunt filii sui, et narraverunt ei omnia opera quæ

tam Roboamus quàm totus Israel defecisse dicuntur à divinâ lege. Alia sunt in hoc capite de Roboamo, quæ suis locis commodiùs exponemus.

CHAPITRE XIII.

1. En même temps un homme de Dieu vint de Juda à Béthel, par l'ordre du Seigneur, lorsque Jéroboam était près de l'autel et qu'il y brûlait de l'encens;

2. Et il s'écria contre l'autel, en parlant ainsi de la part du Seigneur: Autel, autel, voici ce que dit le Seigneur: Il naîtra dans la maison de David un fils qui s'appellera Josias, et il immolera sur toi les prêtres des hauts lieux qui t'encensent maintenant, et brûlera sur toi les os des hommes.

3. Et en même temps, pour preuve de ce qu'il prédisait, il ajouta: Voici ce qui fera connaître que le Seigneur a parlé: L'autel va se rompre, et la cendre qui est dessus se répandra par terre.

4. Le roi, ayant entendu ces paroles que l'homme de Dieu avait prononcées à haute voix contre l'autel qui était à Béthel, étendit sa main de dessus l'autel, et dit: Qu'on l'arrête. Et en même temps la main qu'il avait étendue contre le prophète se sécha, et il ne put plus la retirer à lui.

5. L'autel aussitôt se rompit en deux, et la cendre qui était dessus se répandit, selon le miracle que l'homme de Dieu avait prédit par le commandement du Seigneur.

6. Alors le roi dit à l'homme de Dieu: Offrez vos prières au Seigneur votre Dieu, et priez-le pour moi afin qu'il me rende l'usage de ma main. Et l'homme de Dieu pria le Seigneur, et le roi retira sa main à lui, et elle devint comme elle était auparavant.

7. Le roi dit encore à l'homme de Dieu: Venez dîner avec moi dans ma maison, et je vous ferai des présents.

8. L'homme de Dieu dit au roi: Quand vous me donneriez la moitié de votre maison, je n'irai point avec vous, et je ne mangerai point de pain, ni ne boirai d'eau en ce lieu-ci;

9. Car le Seigneur, en me donnant cet ordre, m'a fait ce commandement: Vous ne mangerez point là de pain, et n'y boirez point d'eau, et vous ne vous en retournerez point par le même chemin que vous êtes venu.

10. Il s'en alla donc par un autre chemin, et il ne retourna pas par le même qu'il avait pris pour venir à Béthel.

11. Or il y avait un vieux prophète qui de-

fecerat vir Dei illa die in Bethel, et verba quæ locutus fuerat ad regem narraverunt patri suo.

12. Et dixit eis pater eorum : Per quam viam abiit ? Ostenderunt ei filii sui viam per quam abierat vir Dei qui venerat de Juda.

13. Et ait filiis suis : Sternite mihi asinum. Qui cum stravissent, ascendit,

14. Et abiit post virum Dei, et invenit eum sedentem subtus terebinthum, et ait illi : Tune es vir Dei qui venis de Juda ? Respondit ille : Ego sum.

15. Dixitque ad eum : Veni mecum domum, ut comedas panem.

16. Qui ait : Non possum reverti neque venire tecum, nec comedam panem, neque bibam aquam in loco isto,

17. Quia locutus est Dominus ad me in sermone Domini, dicens : Non comedas panem, et non bibes aquam ibi, nec revertaris per viam quâ ieris.

18. Qui ait illi : Et ego propheta sum similis tui ; et angelus locutus est mihi in sermone Domini, dicens : Reduc eum tecum in domum tuam, ut comedat panem et bibat aquam. Fefellit eum,

19. Et reduxit secum : comedit ergo panem in domo ejus et bibit aquam.

20. Cumque sederent ad mensam, factus est sermo Domini ad prophetam qui reduxerat eum ;

21. Et exclamavit ad virum Dei qui venerat de Juda, dicens : Hæc dicit Dominus : Quia non obediens fuisti ori Domini, et non custodisti mandatum quod præcepit tibi Dominus Deus tuus,

22. Et reversus es, et comedisti panem et bibisti aquam in loco in quo præcepit tibi ne comederes panem, neque biberes aquam, non inferetur cadaver tuum in sepulcrum patrum tuorum.

23. Cumque comedisset et bibisset, stravit asinum suum prophetæ quem reduxerat.

24. Qui cum abiisset, invenit eum leo in viâ, et occidit ; et erat cadaver ejus projectum in itinere ; asinus autem stabat juxta illum, et leo stabat juxta cadaver.

meurait à Béthel, à qui ses enfants vinrent raconter toutes les œuvres que l'homme de Dieu avait faites ce jour-là à Béthel ; et ils rapportèrent à leur père les paroles qu'il avait dites au roi.

12. Leur père leur dit : Par où s'en est-il allé ? Ses enfants lui montrèrent le chemin par où l'homme de Dieu qui était venu de Juda s'en était allé.

13. Et il dit à ses fils : Sellez-moi mon âne. Après qu'ils l'eurent sellé, il monta dessus,

14. Et s'en alla après l'homme de Dieu, qu'il trouva assis sous un térébinthe, et il lui dit : Êtes-vous l'homme de Dieu qui êtes venu de Juda ? Il lui répondit : Je le suis.

15. Venez, lui dit-il, avec moi dans ma maison, pour manger du pain.

16. L'homme de Dieu lui répondit : Je ne puis retourner ni aller avec vous, et je ne mangerai point de pain, ni ne boirai d'eau en ce lieu-ci ;

17. Car le Seigneur, en me parlant lui-même, m'a donné cet ordre : Vous ne mangerez point de pain, et ne boirez point d'eau en ce lieu-là, et vous ne retournerez point par le chemin où vous serez allé.

18. Cet homme lui répondit : Je suis moi-même prophète comme vous, et un ange est venu me dire de la part du Seigneur : Ramenez-le avec vous dans votre maison, afin qu'il mange du pain et qu'il boive de l'eau. Il le trompa ainsi,

19. Et l'emmena avec lui. L'homme de Dieu mangea du pain dans sa maison et il but de l'eau.

20. Et lorsqu'il était à table, le Seigneur fit entendre sa parole au prophète qui l'avait ramené.

21. Et ce prophète cria à l'homme de Dieu qui était venu de Juda, et dit : Voici ce que dit le Seigneur : Parce que vous n'avez pas obéi à l'ordre du Seigneur, et que vous n'avez point gardé le commandement que le Seigneur votre Dieu vous avait fait,

22. Et que vous êtes revenu en ce lieu, où vous avez mangé du pain et bu de l'eau, quoique Dieu vous eût ordonné de n'y point manger de pain, et de n'y point boire d'eau, votre corps ne sera point porté au sépulcre de vos pères.

23. Après que l'homme de Dieu eut bu et mangé, le vieux prophète sella son âne pour le prophète qu'il avait ramené.

24. Et comme l'homme de Dieu était en che-

25. Et ecce viri transeuntes viderunt cadaver projectum in viâ, et leonem stantem juxta cadaver. Et venerunt, et divulgaverunt in civitate in quâ propheta ille senex habitabat.

26. Quod cum audisset propheta ille qui reduxerat eum de viâ, ait : Vir Dei est, qui inobediens fuit ori Domini, et tradidit eum Dominus leoni, et confregit eum et occidit, juxta verbum Domini quod locutus est ei.

27. Dixitque ad filios suos : Sternite mihi asinum. Qui cum stravissent,

28. Et ille abiisset, invenit cadaver ejus projectum in viâ, et asinum et leonem stantes juxta cadaver ; non comedit leo de cadavere, nec læsit asinum.

29. Tulit ergo propheta cadaver viri Dei, et posuit illud super asinum, et reversus intulit in civitatem prophetæ senis ut plangeret eum.

30. Et posuit cadaver ejus in sepulcro suo ; et planxerunt eum : Heu, heu, mi frater !

31. Cumque planxissent eum, dixit ad filios suos : Cum mortuus fuero, sepelite me in sepulcro in quo vir Dei sepultus est ; juxta ossa ejus ponite ossa mea.

32. Profectò enim venit sermo quem prædixit in sermone Domini contra altare quod est in Bethel, et contra omnia fana excelsorum quæ sunt in urbibus Samariæ.

33. Post verba hæc non est reversus Jeroboam de viâ suâ pessimâ, sed è contrario fecit de novissimis populi sacerdotum excelsorum ; quicumque volebat implebat manum suam, et fiebat sacerdos excelsorum.

34. Et propter hanc causam peccavit domus Jeroboam, et eversa est, et deleta è superficie terræ.

VERS. 1. — ET ECCE VIR DEI VENIT DE JUDA IN SERMONE DOMINI, JEROBOAM STANTE SUPER ALTARE, ET THUS JACIENTE. Vixdum novus sacerdos, et sacrorum antistes Jeroboamus sacrificale ministerium adierat, cum adolere pararet thura, et vitulis, quibus aptius fuisset scenum, libamenta quædam sacrificali ritu diffunderet, insonuit Juda fulmen, quod turbavit illud

min pour s'en retourner, un lion le rencontra et le tua : et son corps demeura étendu dans le chemin ; l'âne se tint auprès de lui, et le lion demeura auprès du corps.

25. Des gens qui passaient par là virent son corps étendu dans le chemin et le lion qui se tenait près du corps, et ils vinrent le publier dans la ville où ce vieux prophète demeurait.

26. Ce prophète, qui l'avait fait revenir de son chemin, l'ayant appris, dit : C'est un homme de Dieu qui a été désobéissant à la parole du Seigneur, et le Seigneur l'a livré à un lion, qui l'a mis en pièces et l'a tué selon la parole qu'il lui avait dite.

27. Et il dit à ses fils : Sellez-moi mon âne. Après qu'ils l'eurent sellé,

28. Il s'en alla, et il trouva le corps mort étendu dans le chemin, et l'âne et le lion qui se tenaient près du corps ; le lion ne mangea point du corps mort, et ne fit point de mal à l'âne.

29. Le prophète prit donc le corps mort de l'homme de Dieu, le mit sur son âne, et, s'en retournant, il le rapporta dans la ville où il demeurait, pour le pleurer.

30. Il mit le corps dans son sépulcre, et ils le pleurèrent en disant : Hélas ! hélas, mon frère !

31. Après qu'ils l'eurent pleuré, il dit à ses fils : Quand je serai mort, ensevelissez-moi dans le même sépulcre où repose l'homme de Dieu, mettez mes os auprès de ses os ;

32. Car ce qu'il a prédit de la part du Seigneur contre l'autel qui est à Béthel, et contre tous les temples des hauts lieux qui sont dans les villes du royaume de Samarie arrivera très-certainement.

33. Après ces choses, Jéroboam ne revint point du dérèglement de sa voie toute corrompue ; mais il prit au contraire des derniers du peuple pour en faire les prêtres des hauts lieux. Quiconque le voulait remplissait sa main, et devenait prêtre des hauts lieux.

34. Ce fut là le péché de la maison de Jéroboam, et c'est pour cela qu'elle a été détruite et exterminée de dessus la terre.

COMMENTARIUM.

sacrificale nefarium sacrificium, et gravi regem pavore concussit, et vulnere sauciavit. Venit enim propheta Domini, qui gravia minatus est Jeroboamo, et quò illis major inesset fides, quæ minacibus edixerat verbis præsentis portento confirmavit.

De hoc prophetâ varia produnt historici atque interpretes. Tertullianus contra Psychi-

cos, c. 12, Sameam vocat, Epiphanius Joam in lib. de morte prophetarum in Joam. Sed communior est opinio vocatum esse Addo, quod, meo iudicio, liquet aperte ex lib. 2 Par. c. 9, v. 29 : *In visione quoque Addo videntis contra Jeroboam filium Nabath.* Hunc porrò quidam patrem esse putant Zachariæ. Nam Zacharias c. 1, suæ prophetiæ filius dicitur Addo : sed hi errant omnino : neque enim, ut in eo loco Zachariæ docet Hieronymus, idem est nomen, quo hic et quo ille nominatur : hic enim dicitur *יהדי iehdi*, ille *ידי Ghido*. Item quia inter illum Addo et Zachariam interjecti sunt 480 anni, et eò plus, quod eo seculo duæ hominum ætates non implerent.

VERS. 2. — ET EXCLAMAVIT CONTRA ALTARE IN SERMONE DOMINI, ET AIT : ALTARE, ALTARE, HÆC DICIT DOMINUS : ECCE FILIUS NASCETUR DOMUI DAVID JOSIAS NOMINE, etc. Licet hæc verba præcipuè petant Jeroboamum et sacerdotes, qui illius imperio operam sacrificalem vitulis impendebant, verba tamen contra altare, cui nihil erat mentis et sensus, diriguntur : tum quia in illo futurum erat signum, de quo mox ; tum quia in eo immolandi sacerdotes, qui vitulis aut immolârunt victimas, aut incenderunt odores. Adde quòd cum res est ejusmodi, ut graves in animis excitentur affectus, res inanimatæ aut advocantur testes, aut audiunt de se formidandum aliquid, quod tamen hominum aut scelus ostendit immane, aut supplicium intendit horribile. Vide quid nos supra lib. 2, c. 1, ad illud : *Montes Gelboe, nec ros, nec pluvia veniat super vos.*

Hæc porrò impleta sunt à Josiâ, qui sacerdotes in eo trucidavit altari, in quo ipsi impias immolârunt victimas, et ossa aliorum in eodem altari igne combussit, in quibus verisimile est multa illorum sacerdotum fuisse, qui sub Jeroboamo in vitulorum munus obierunt sacerdotale. Hæc omnia latè persecutus est sacer historicus lib. 4 Regum c. 23, quæ nos ubi ad eum locum ventum fuerit, pluribus explicabimus. (1)

(1) IMMOLABIT SUPER TE SACERDOTES EXCELSORUM. Non satis disertè legitur in historiâ Josiæ immolatos ab eo principe fuisse super altaria aureorum vitulorum sacerdotes excelsorum. Constat tamen, regem hunc evertisse quicquid erat sacrorum idolis monumentorum, templa, idola, lucos, altaria, eaque pariter sparsis mortuorum ossibus polluisse, curâsse autem potissimum, ut everteretur ac frangeretur altare ab Jeroboamo erectum in Bethel, illudque profanâsse crematis ibi ossibus pseudo-prophetarum, è sepulcris illorum in monte

VERS. 3. — ECCE ALTARE SCINDETUR, ET EFFUNDETUR CINIS, QUI IN EO EST. Non facillè illa saltem apud invitos auditores consequuntur fidem, quæ longo post tempore dicuntur habitura exitum, nisi præsentì aliquo signo confirmetur, et eo consilio Isaias cap. 7, cum nascturum diceret Emmanuelem ex virgine, quod non nisi multis exactis seculis futurum fuit, signum exhibuit præsens, duorum regum et regnorum interitum, à quibus et sibi et suis extrema omnia metuebat Achaz, ut nos eo loco pluribus ostendimus. Accepturus videbatur prophetas minas Jeroboamus tanquam nugaces, et quasi ab inani cerebro, et quasi nunquam essent habituræ pondus. Quare præsens à propheta signum accepit, quod illum de re tantâ dubitare non sineret, nempe altare illud recens è firmo, ut apparet, et benè compacto lapide, disjiciendum esse statim, et effundendos ex eo cineres, in quos ligna in eo congesta, et victimas in eo combustas ignis redegisset. Quod sanè statim prophetam liberavit fidem : discissum enim altare dispersit cineres, simul atque propheta minacem illam orationem habuit.

VERS. 4. — APPREHENDITE EUM ; ET EXARUIT MANUS EJUS (1), QUAM EXTENDERAT CONTRA EUM. Non tulit superbus rex tam liberam prophetæ vocem, quæ excitandæ novæ atque impiæ religionis studium tam reprehendisset audacter, tamque infelicem denuntiaret. Quare non solum voce jubet apprehendi prophetam, sed ut primùm et quàm acriter fiat, manu significat extensâ atque minaci : neque ipse, ut erutis. Quis tamen sibi persuaserit, tantâ sapientiâ, pietate et religione principem superstitis reliquisse sacerdotes et pseudo-prophetas, contra apertum hoc oraculum, cui asserendam ab eventu fidem totam Josias susceperat? Quin et in eodem capite legimus, regem illum, cum ad urbes Samariæ venisset, ubi templa erant in locis editis consecrata, fecisse eis secundum omnia opera quæ fecerat in Bethel, et occidisse universos sacerdotes excelsorum, qui erant ibi, super altaria, et combussisse ossa humana super ea. Certò igitur constare arbitramur, Josiam vivos sacerdotes nimum, et mortua pseudo-prophetarum lipsana in altari veteri combussisse. (Calmet.)

(1) Audi S. Chrysost. homil. 4 in verba Isaiæ : « Christus, inquit, cum ipse quidem in faciem colaphis caderetur, in scryum qui colaphum impegerat, nihil durius fecit ; Jeroboam verò cum extentâ manu conaretur apprehendere prophetam à quo coarguebatur, manus illius exaruit ; per hæc te erudiens, ut quæ tibi invehuntur cum mansuetudine feras ; quæ verò in Dominum ingeruntur, multâ cum vehementiâ ulciscaris. » (Corn. à Lap.)

credo, infensas abstinisset manus, nisi violari religionem timeret interruptis sacrificiis, quibus, quasi esset pontifex maximus, operam daret. Sed Deus, qui legatos à se ministros immunes ab omni injuriâ esse vult, sicut humani principes suos ab omni tuerentur ignominia, quia sibi ipsis fieri interpretantur injuriam, non est passus audacem illam manum impunitam abire : statim enim atque superbam illam vocem offensionis plenam emisit, exaruit, ut erat vel ad plagam intenta, vel ad aliam aliquam injuriam elevata, ita ut neque contrahere posset illam, ad omnem jam usum prorsus inutilem.

VERS. 6. — ET AIT REX AD VIRUM DEI : DEPRECARE FACIEM DOMINI DEI TUI. Vexatio dedit intellectum regi, cui sanam mentem impotens dominandi libido sustulerat, et verum Deum esse confessus est, cuius paulò ante religionem prodiderat. Atque ideò jam mitior, jam minùs quàm proximè superbus et tumens orat prophetam, ut suam apud Deum sanitatem procuraret, ut manus jam inutilis et mortua ad priores vires et usus revocetur. Quod tandem assecutus est ; neque tamen ideò animum deposuit antiquum, aut ad mentis sanitatem rediit ; sed, ut habes ad finem capitis, in novam illam impietatem non minùs quàm antea graviter incubuit. (1)

(1) REVERSA EST MANUS REGIS AD EUM. Nervi ejus stupidi et rigentes, laxati demùm naturali loco restituti sunt. Brachium, quod rex adversus prophetam extenderat, naturalem modum statumque recepit. Haud immeritò miramur, cur Deus usum manuum restituerit impio huic, qui neque animum neque gesta mutavit. Porrò restituta valetudine magis magisque inexcusabilis effieciatur, et novo eo argumento convincendus erat de veritate oraculorum hujus prophetæ, simul autem et fallaci cultu quem instituerat. Non semper Deus reddidit corporis valetudine, sanitatem menti restituit. Prodigia non semper interiorum auxiliorum satellitio, quibus animus tandem expugnetur, stipantur. Frequenter signa solummodò sunt, quibus Dei gloria hominibus patefiat. E decem leprosis à Jesu Christo curatis unus tantùm reversus est, ut promeritis gratias medico suo rependeret. Electionem Saulis quæ non prodigia commendârunt? nihilò tamen seciùs, quis fuit infelicis hujus principis exitus? Quoties Achaz Numinis patrocinium expertus est? quam verò ille vitæ rationem tenuit? Quoties Pharaon expertus est Domini vim, plagis Ægypti liberatus? post hæc autem omnia, quantâ animi pertinaciâ obdurauit? (Calmet.)

Causam (hujus sanationis) dat S. Ambros. lib. 2 de Virgin., ad finem : « Rogavit, inquit, veniam, statimque manus ejus, quæ aruerat sacrilegio, sanata est religione. Tam matrum in uno misericordiæ divinæ et indigna-

VERS. 7. — VENI MECUM DOMUM, UT PRANDEAS, ET DABO TIBI MUNERA. Alius jan. est à seipso Jeroboam, quando prophetæ, cujus modò vocem tam impatienter acceperat, et prandium condidit, et munera promittit. Sed sicut Deus ex impiis et contaminatis manibus non accipit munus, sed potiùs execratur et horret, ut graviter ipse Isai. cap. 1, pluribus ostendit ; sic etiam suorum manibus ab hujusmodi donis continentiam indixit. Quare præcisè propheta sibi quidquam accipiendum esse negat, non solum de manu Jeroboam, sed etiam de omnibus, quotquot erant in eo loco, nempe Bethel, quod erat religionis illius novæ primum maximumque sacrarium, etiamsi maximarum rerum jactura esset subeunda. Neque aliam causam adducit propheta bonus et fidelis nisi quia illud habebat in mandatis à Deo quæ una ratio iis qui piè atque sapienter de rebus cogitant, instar multarum est ; imò ubi hæc adfuerit, reliquæ nihil debent habere momenti. Hoc exemplo Cyprianus utitur, ut probet catholicis cum schismaticis nullum futurum esse commercium, lib. 1, epist. 6, quæ est ad Magnum. « Tanta, inquit, indignatio Domini extitit adversus illos qui schisma fecerant, ut etiam cum homo Dei ad Jeroboam missus esset, qui ei peccata sua exprobraret, atque ultionem futuram prædiceret, panem quoque apud illos edere, et aquam bibere vetaretur. Quod cum non custodisset, et contra præceptum Domini prandisset, statim divinæ censuræ majestate percussus est, ut inde regrediens impetu ac morsu leonis necaretur in itinere. Et audeat quisquam dicere aquam Baptismi salutarem, et gratiam celestem communem cum schismaticis esse posse, cum quibus nec terrestris cibus, nec secularis potus debet esse communis? » Quæ verba in omnes hæreticos non minùs commodè conveniunt.

VERS. 9. — NEC REVERTERIS PER VIAM QUAM VENISTI (1). Difficile est statuere cur Deus prophetæ

tionis exemplum extitit, ut sacrificanti subitò dextera adimeretur, poenitentiam venia daretur. » (Corn. à Lap.)

(1) NON COMEDES PANEM, NEQUE BIBES AQUAM, NEC REVERTERIS PER VIAM QUAM VENISTI. Jusserat hoc prophetæ Deus ad detestationem idololatricæ, ut ipso facto ostenderet Bethelitas idololatrias adeò esse detestabiles, et à Deo quasi excommunicatos, ut nullam fidelibus cum eis cibi vel potûs, imò nec viæ communionem habere velit. Jussit ergo eum in reditu aliam inire viam, quasi via in Bethel ob ejus idola esset polluta et execranda, nec ullo modo revisenda. Adeò severè verò vetuit Deus ei comedere in Bethel, ut, si à Jeroboam coniectus